Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26265
Copyright: Admont, Benediktinerstift

etiam ordinem putat nullo decore servari o
portere. idque positum dicit in formositate ordine
ornatu ad actionem apto. atque difficile ait lo
quendo explicare posse. et ideo satis intellegi.
Formositatem autem cur posuerit non intellego. Quam
vis etiam ille vires corporis laudet. nos certe
in pulchritudine corporis locum virtutis
non ponimus. gratiam tamen non excludimus quia vere
cundia et vultus ipsos solet pudore offendere.
gratiores reddere. Ut enim artifex in materia
commodiore melius operari solet sic verecundia
in ipso quoque corporis decore plus eminet.
ita tamen ut etiam ipse non sit affectatus decor corpo
ris sed naturalis. simplex. neglectus magis quam
expeditus. non pretiosis et albentibus indutus vestimen
tis sed communibus. ut honestati vel necessitati ni
chil desit. nichil accedat nitori. Vox ipsa
non remissa non fracta nichil femineum sonans.
qualem multi gravitatis specie simulare con
sueverunt. sed formam quandam et regulam. et sucum
virilem reservans. Hoc est enim pulchritu
dinem vivendi tenere. convenientia cuique

de gratia corporis vel decore.